

vicinis principibus plurimum honoratus et in condigna reveren-
cia habitus, dei omnipotentis adiutorio episcopatum suum colonien-
sem annis quadraginta novem honorifice et strenue gubernavit;
multique potius victorias, pacem ecclesie et terre bonam fecit, con-
servavit et reliquit. Obiit anno Domini 1463 in die sancti labo-
tini martyris in castro suo Inxens, sepultus coloniae in eccl-
sia sancti Petri in opposito trium regum, in humili et non ele-
vato, sicut alii sepulchro et cetera.

Robertus de Bavaria.

Post obitum reverendi patris domini Theoderici de Moravia, Robertus de
Bavaria, frater domini Frederici comitis palatini Rheni, sexagen-
nus secundus coloniensis ecclesie electus est episcopus, anno domini
1463 in die sancti Quirini martyris, in quadragesima, anno pon-
tificatus Pii pape secundi sexti. Iste Robertus dux de Bavaria
minus deliberate, ut postea in prophanulo patuit, extitit electus,
presertim cum illo in tempore capitulum maioris ecclesie
ydoneoribus tanto pro presulatu spectabilibus et illustribus
habundabat viris, personali elegancia venerandis, morum gra-
vitate perspicuis, eloquio mitibus, sentenciisq; etiam qui move-
runt proferre sermones et allegare scripturas, et cetera. Iste autem
dominus Robertus dux de Bavaria predictus electus fuit ~~per~~
parvitate, levis mente, venacioni insistens et aucupio. Fuit
tamen electus, ut ^{et} ~~ita~~ ^{et} clamabatur, propter nobilitatem et sim-
plicitatem suam. Forsitan alium de canonicis elegissent, sed
cupiebant hunc magis regere, quam ab alio intelligente regi.
Quod tamen successu temporis aliter evenit. Nam canonicos
bona consilia ei dantes non audivit, sed potius laicos qui
sua potius querebat, quamque ~~sancti~~ Christi. Propter quod statim